



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Adam monacho, quem sanctus Nicolaus cum sancto Paterniano ab infirmitate seneuerunt, cap. 74.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

CAPVT LXXIII.

**N**ondum duo anni sunt elapsi, quòd in villa qua-  
 dam iuxta Coloniam; sicut nuper illic audiui et  
 praterirem, loco furis quidam deprehensus est; verum  
 esset reus, vel innocens, mihi dici non potuit: què cum  
 morti adiudicatum, laqueo collo eius iniecto, in pa-  
 ribulo appendissent, ille nullum dolorem sustinens,  
 cum iam mortuus æstimaretur, clara voce clama-  
 uit: In vanum laboratis, non poteritis me strangula-  
 re, sanctus Episcopus Dominus meus Nicolaus mihi  
 assistit, en video illum. Quod multi audientes, & ita  
 esse experimento cognoscentes, putantes eum inno-  
 centem, ob honorem sancti Nicolai depositum, abire  
 permiserunt. Qui Bruwilre ad memoriam sui libera-  
 toris currens gratias egit, se à suspensio illius meri-  
 tis, absolutum proclamans. **APOLLONIVS:** Au-  
 diui ab infantia, quòd sanctus Nicolaus omnes Epi-  
 scopos misericordia præcellat. **CÆSARIYS:** Tanta  
 pietatis est & misericordiæ, vt & malos à morte, sicut  
 dictum est, sape liberet, & bonos mori desideret: il-  
 los, vt emendentur; iustos, vt æterna beatitudine  
 fruantur. Reuera, dissolui & esse cum Christo multo  
 melius est. Et, Beati sunt mortui, qui in Domino mo-  
 riuntur.

*Philip. 1  
 Apoc. 14.*

CAPVT LXXIV.

**A**DAM monachus de Lucka, cuius in superio-  
 ribus memini, in quadam conuentuali ecclesia  
 Saxonix, quæ Bucka dicitur, scholas frequen-  
 tauit: cumque in cœmiterio multi lateres essent re-  
 positi ad fabricam oratorij, ipse, sicut puer, vnum ex  
 eis tulit, & in eo sculpere cœpit: quod cum magister  
 eius vidisset, terruit eum, dicens: Depone laterem, quia  
 excommunicatus es. Ad quod verbum puer territus,  
 mox cœpit infirmari: cumque inualecente morbo  
 ad extrema deuenisset, & iam morituro data cande-  
 la fuisset in manum, duos pontifices, beatum scilicet  
 Nicolaum, & sanctum Paternianum, præfatæ Eccle-  
 siæ patronum, coram se stare vidit & agnouit: stabant  
 aurem

autem in habitu pontificali, & in claritate magna, dixitque ad sanctum Paternianum beatus Nicolaus: Vis ut tollamus puerum nobiscum? Respondit ille: Nō, quia in alio ordine morietur, sicque disparuerūt. Eadem hora puer conualescens surrexit, & magistro eius, qui præsens fuerat tunc temporis, miraculum diuulgante in ecclesia est compulsatum, & ad honorem tantorum pontificum, Te Deum laudamus decantatum. Hæc mihi ab eodem Adam nuper relata sunt.

## CAPVT LXXV.

**I**N villa quæ Leiglinge vocatur, & circa duo milia distat a Colonia, ante hoc septennium contigit, quod dicturus sum. Puer quidam simplex, cuiusdam matronæ illic pecora pavit, hîc beatum Nicolaum in tātum diligebat, vt singulis diebus medietatem panis sui in honore illius pauperibus erogaret. Orationibus etiam assiduis misericordiam eius interpellabat: cuius deuotis obsequijs beatus pontifex delectatus, die quadam ei in agro apparens, in forma & habitu venerandi senis, ait: Puer bone, mina gregem domum: cui cū ille responderet: Domine adhuc nimis est manē, si hoc facerem domina mea increparet me, subjunxit sanctus: Fac quod dixi, quia hodie ante solis occubitū morieris. Ad quod puer territus, cū interrogaret eum, Domine quis es? respondit ille: Ego sum Nicolaus Episcopus, quē semper exoras, & cui prandiola tua diuidere consueuisti, modò veni, remunerare te: vade ergo ad hospitium tuum, accipe corpus Domini, & præpara te, quia hodie, vt dixi, morieris; sicque disparuit: cumque puer cum ouibus reuersus fuisset, & Domina eius interrogasset, quare tam manē venisset, respondit: Necessitas compulit me, quia ante noctem moriturus sum. Et illa: Deliras, reduc ergo gregem ad pastum, quia non morieris. Qui statim in lectum suum se reclinans, cū sacerdotē petiuisset, & ille venisset, ait ei matrona: Timeo puerum istū aliquid fantasie vidisse, inuestigate ab eo diligenter quid viderit, quid habeat, vel quare